

scribebantur, potestatem vero regiam penitus nullam habebant, sed quod maior domus Francorum^a volebat, hoc faciebant; in die autem Martis^{b, c} campo secundum antiquam consuetudinem dona illis regibus a populo offerebatur^d, et ipse rex sedebat in sella regia circumstante exercitu et maior domus coram eo, praecipiebatque^e die illo quicquid a Francis decretum erat; die vero^f alia et deinceps domi sedebat. Zacharias igitur papa secundum auctoritatem^g apostolicam^h ad interrogationem eorum respondit

*f. 57v. *melius atque utilius sibi videri, ut ille rex nominaretur etⁱ esset, qui potestatem in regno habebat, quam ille qui falso rex appellabatur. Mandavit itaque praefatus pontifex regi^k et Francorum populo^l, ut Pippinus, qui potestate regia utebatur, rex^m appellaretur et in sede regali constitueretur. Quod ita et factum est per unctionem sancti Bonifacii archiepiscopi Suessionisⁿ civitate. Appellatur Pippinus rex, et Hildricus^o, qui falso appellatur^p rex^q, tonsoratus^r in monasterium mittitur.

+III, 13. †Pippinus rex Saxoniam pergit. Hildigarius^s episcopus Coloniensis^t a Saxonibus interimitur.

+III, 14. †Gripho Italiam cupiens penetrare a Theodoino comite in valle Maurienna^u opprimitur. Idemque Theodoinus in ipso certamine occiditur.

+III, 15. †Per idem tempus Stephanus papa Romanus venit ad Pippinum regem, postulans adiutorium et defensionem adversus Heistulfum^v regem, eo quod res sancti Petri abstulerat et depredationes multas Longobarti^w faciebant.

+III, 16. †Stephanus papa unxit duos filios^x Pippini in reges Karlum et Carlmannum.

a) 'Franchorum' 4. b) 'Marcis' (?) 1; 'Marcis' corr. 'Martis' 2.
 c) In 1 wurde die Stelle 'in die — Marcis' von Lambecius corr. in: 'die enim certo semel in anno in Martis'. d) 'afferebatur' corr. 'afferebantur' 4 m. s. e) S. Anm. f bei Pertz; die Korrektur von Lambecius besteht nur in Einschub von 'is' vor 'die'; 'rex' steht nicht in 1. f) Fehlt 4. g) 'auctoritate' mit Rasur 4. h) 'apostolica' 4. i) 'ut' 4. k) 'itaque regi pr. p.' 5. 7. l) 'populo Fr.' 1. 2. 3. 4. 5. 7. m) Fehlt 3. n) 'Suessionis' 1. o) 'Hilthricus' corr. 'Hildricus' 2; 'Hilthricus' 3; 'Hilthricus' 4; 'Hilthricus' corr. 'Hildricus' 5; 'Hilchricus' 7. p) 'appellabatur' 3. q) 'rex appellatur' 1. r) 'tonsoratus' 4. s) 'Hildegarius' corr. 'Hildigarius' 3; 'Hildegarius' 5. 7. t) 'Colonensis' 1. 2. 3. 5. 7; 'Colonense' 4. u) 'Maurtenna' 1. v) 'Haistulfum' 5. 7. w) 'Langobardi' 1. 2. 5. 7; 'Langobarti' 3; 'Longobardi' 4. x) 'filii' 6.